



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt ordinatus quisque in illis locis permaneat ad quæ ordinatus est. xlvii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

*Vt nemo clericum alienum suscipiat sine voluntate sui
episcopi. Cap. XLII.*

*Ex conc.
Cartha.
cap. 20.* **V**T clericum alienum, nisi concedente proprio episcopo, nemo audeat vel retinere, vel promouere in ecclesia sibi credita, clericorum autem nomen etiam lectionum & Psalmistarum, & ostiarum retinent.

Vt nullus episcopus alienum clericum sine literis episcopi sui suscipiat. Cap. XLIII.

*Ex eodē
cōc. ca. 6* **P**Riuatus episcopus Begefilitanus dixit: Suggesto civitati vestrae, vt statuatis non licere clericum alienum ab aliquo suscipi sine literis episcopi sui, neque apud se retinere, nec laicum usurpare sibi de plebe aliena, vt eum ordinet sine conscientia eius de cuius plebe est. Gratus episcopus dixit: Hoc obseruare pacem custodit. Nam in materia concilij sanctissimi Sardinensis similiter statutum est: nemo alterius plebis hominem usurpet. Sed si forte necessarium, petat à collega suo, & consensum habeat.

De presbyteris & diaconibus qui sine literis episcopi sui ambulant. Cap. XLIIII.

*Ex conc.
Agathēsi
cap. 5.* **P**resbyter & diaconus, aut clericus, si sine antistitis epistolis ambulat, communionem ei nullus impendat.

De eadem re. Cap. XLV.

*Ex conc.
Laodic.
cap. 41.* **Q**Uod non oporteat sacerdotem, vel clericum, sine literis proficisci canonicis.

Vt quisque ordinatus literas ab ordinatore suo accipiat. Cap. XLVI.

*Ex conc.
Miliu-
tano,
cap. 14.* **D**Einde placuit, vt quicumque deinceps ab episcopo ordinantur, literas accipiant ab ordinatoribus suis, in quibus eorum subscriptas, continentes annum domini & diem, nulla altercatio de posterioribus vel anterioribus oriatur.

Vt ordinatus quisque in illis locis permaneat, ad quos ordinatus est. Cap. XLVII.

*Ex conc.
Aureli.
cap. 2.* **D**E his qui in quibuscunque locis ordinati fuerint, in illis locis perseverent.